

## Band VI., Nr. 2017, Seite 408-409

*Werner von Wiesloch genannt Morekin, sein Sohn Wernher und Walther von da überlassen gegen 10 Pfund Heller und 4 Scheffel Weizen alle ihre Rechte an den durch ihren früheren Vasallen Ingram von Heidelberg dem Abt Albert und Konvent von Maulbronn veräußerten Ort Brühl an dieses Kloster.*

Ohne Ortsangabe, 1268. Juli 8.

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod nos Wernherus de Wissenloch dictus Morekin, Wernherus filius antedicti et Waltherus ibidem omne ius seu actionem, quam habuimus et habemus in villam que dicitur Bruel venditam seu donatam ab Ingramo quondam nostro vasallo de Heydelberg de voluntate patrum nostrorum Cunradi, quondam condomino<sup>a</sup> eiusdem feodi, venerabili domino Alberto et conventui in Mulbrunnen presentibus relaxamus et in eundem dominum abbatem et conventum in Mulbrunnen eandem villam per donacionem seu vendicionem aut alio quovis modo iure possumus transferimus cum omni iure, quo nos eandem hactenus habuimus et tenebamus, renunciantes pro nobis nostrisque heredibus pro decem libris Hallensium et quatuor modiis siliginis omni iuri, si quod nobis in dicta villa exnunc competit vel in posterum competere poterit quoquo modo. In huius rei evidenciam presentem litteram sigillorum advocati videlicet in Heydelberg et civitatis ibidem, item domini Petri militis in Steynach munimine tradidimus roboratam, protestantes presentibus, quod quia propria sigilla non habuimus predictorum sigillorum robore contenti sumus. Huius rei testes sunt: Conradus dictus Albus, frige, Conradus Rumpoldus de Steinach, Heinricus Spengarius de Henschuesheim, milites, Marquardus de Wilre<sup>1</sup>, Hermannus Wlpis, Hochfurt, Hermannus dictus Swert, Arnoldus dictus der Nünnessün, Hermannus dictus Musel, cives in Heydelberg, qui in testimonium predictorum omnium vocati sunt et se subscribi hiis pro testibus permiserunt. <br> <br> Actum et datum anno domini MCC sexagesimo octavo, in die beati Kyliani.

—

Nach dem *Liber Obligationum* des Stifts Speyer, Bd. 1, fol. XXXII b.

<sup>a</sup>Ohne Zweifel verschrieben für: *condomini*, vgl. Urkunde Nr. 1993 (WUB, Bd. VI, S. 389).

<sup>1</sup>Vielleicht Weiler, Sinsheim, HD.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

67/449 fol. 32 v - 33 r

**Editionen:**

Würdtwein: Subsidia diplomatica, Bd. 5, S. 323, Nr. 129.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Altstadt Wohnplatz (5864) <br> Altstadt, Heidelberg, HD <br> Alt-  
wiesloch Wohnplatz (6615) <br> Altwiesloch, Wiesloch, HD <br> Brühl  
Wohnplatz (6271) <br> Brühl, HD <br> Handschuhsheim Wohnplatz  
(5871) <br> Handschuhsheim, Heidelberg, HD <br> Maulbronn Wohn-  
platz (7043) <br> Maulbronn, PF <br> Neckarsteinach, HP <br> Wei-  
ler Wohnplatz (6556) <br> Weiler, Sinsheim, HD